

mere eandemque secundum Deum eiusque iustitiam revidere, discutere et adiudicare. Ac si qua partium vestro eiusmodi novo iudicio contenta esse noluerit, ex tunc vos causam eandem maturius revidendum fineque debito determinandum simul cum tota sua serie et processibus quibuslibet ex inde ultro citroque sequutis (?) in curiam nostram, nostram scilicet in praesentiam absque tamen gravamine partium aliquali et difficultate sive omni iuxta antiquam vestram consuetudinem transmittere modis omnibus debeatis et teneamini. Secus non facturi. Praesentibus perfectis exhibenti restitutis. Datum Albae Juliae vigesima quarta die mensis Septembris anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo.

*Kivül*: Paria novi iudicii praesentati in persona Gregorii Pribek de Udvárhely ut in causam attractum contra egregium Georgium Palaticz ut actorem in facie sedis iudiciariae.

(Eredetije papiroson, Kassa város nyilvános levéltárában, lajstromozatlan.)

Gabriel Dei gratia electus Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniae etc. rex, Transylvaniae princeps et sicularum comes etc.

Prudentes ac circumspetti fideles nobis dilecti. Salutem et gratiam nostram. Becsületes hívünket *Palaticz* Jánost bocsátottuk bizonyos szükséges dolgaink felől hűségtek köziben, ki által szóval izentünk bőszesben. Intjük azért hűségteket, sőt hagyjuk is, szavának teljes hitelt adván, ilyen casusban accomodálja is ahoz magát, az mit hűségtek eleiben ad. Quibus benigne propensi manemus. Nec secus fecerint. Datum, Cassoviae die 13. Junii 1621.

*Gabriel.*

*Kivül*: Prudentibus et circumspectis iudici caeterisque iuratis civibus liberae civitatis nostrae Cassoviensis etc. Fidelibus nobis dilectis. Alatta más kézzel: Exhibitae 14 Junii 1621.

(Eredetije Kassa város titkos levéltárában Z. Palaticz Nr. 8 jelzés alatt.)

### CSABAY MÁTYÁS LEVELEI.<sup>1</sup>

Csabaynak négy levelét őrzi Kassa város levéltára.

Az első levél Bártfán 1557 május hó 8-án kelt s benne Csabay megköszöni Kassa városa tanácsának, hogy őt az iskola igazgatására meghívta s bár nem tartja magát méltónak e tisztre, de elfogadja, mert a dolog Stöckel Lénárd »praeceptoris optime de me meriti« tanácsára és ajánlatára történt; megköszöni egyúttal a küldött öt tallért.

Ugyancsak Bártfán 1557 június hó 15-én kelt levelében arra kéri a városi tanácsot, hogy két kocsit küldjön érte és bútoraiért.

<sup>1</sup> Lásd: XIX. évf. 178. l.

Az év második felében már Kassán van s deczember havában kérelmet nyújt be a városi tanácshoz, hogy segítsen rajta, mert jövedelméből még ruházatára sem telik, egyrészt azért, mert első negyedévi fizetését Vittenbergbe kellett küldeni, másrészt asztalára kenyeret és bort saját pénzén kell venni. Végül sürgeti a mult évben leégett iskola felépítését.

Az 1561-ik évi januárius hó 10-én ismét a tanácshoz fordul, hogy házat vevén, az utolsó részlet törlesztésében legyenek segítségére, esetleg engedjék meg, hogy egy hordó szikszai bort kimérhessen. Megjegyezzük, hogy Nagy Lajos király szabadalma szerint saját termésű borait minden kassai polgár kimérhette s bizonyos időn keresztül bormérést nyithatott.

Csabay ez évben a ház árát teljesen megfizette Riemer Márton fiának Jánosnak; a ház a domonkosok kolostorával szemben Szavka Mátyás és Schuszter Balázs háza közt feküdt.<sup>1</sup>

*Kelt Bártfán, 1557. május hó 8-án.*

Salutem ac omnium honestorum officiorum promptam commendationem. Literae Dominationum Vestrarum, viri ornatissimi, sunt mihi redditae, ex quibus non tantum qualemcunque significationem, verum etiam maximam vestrae erga me benevolentiae declarationem intellexi, primum quod honestum de me absente fecistis iudicium, quo me ad vestrae scholae et iuventutis in ea constitutae gubernationem dignum iudicastis, deinde quod ei epistolae etiam quinque Joachimicos<sup>2</sup> ad sustentationem medii temporis praeter meritum quidem meum, sed oportune ratione praesentis meae egestatis adiunxistis, pro quibus suo tempore me D. Vestris gratum futurum polliceor. Quanquam autem me ad vestrae scholae gubernationem, propter loci amplitudinem et muneris difficultatem meorumque virium imbecillitatem ac praedecessorum meorum, virorum summa eruditione et autoritate praestantium, observantium, quibus nullo modo me comparare ausim, minus dignum iudico: tamen propter vestram honestam de me existimationem, maximas D. vestris, ut debeo, gratias ago ac huic D. V. vocationi, qua me ad liberorum vestrorum curam vocatis, et consilio commendationique clarissimi viri domini *Leonharti Steckelii*, praeceptoris optime de me meriti, rem Deo commendans, a quo sufficientia nostra est, et qui nos idoneos ad cuiuslibet muneris functionem facere potest, obtemperabo, aliasque meas vocationes prae D. V. posthabere nihil dubito. Ac si eruditione meos praedecessores assequi non potero, diligentem certe sum daturus operam, ut exemplo iuventuti non noceam. Neque illud dissimulo, me, sicut ex literis domini *Steckelii* D. Vestras intellexisse arbitrator, perfectam germanicae linguae, etiamsi aliquid

<sup>1</sup> Kassa város telekjegyzőkönyve, 1535—1653.

<sup>2</sup> *Joachimsthaler*, a magyar tallér.

ex ea intelligam, cognitionem non habere. Eo enim, quod in me desideratur, temere meipsum venditare nolo. Sed operam, studium et diligentiam in obeundis vocationis officiis, qua tuto polliceri possum, nunquam mihi defutura affirmo. Quare usque ad tempus in literis ad dominum Steckelium datis significatum, Bartphae in eiusdem aedibus futurus sum, postea, cum D. Vestris commodum videbitur, et tempus resque postulaverim, caetera eisdem curae fore existimo. Quod superest, me D. Vestris totique prudentissimo senatus ordini, cui omnia a Deo fausta precor, commendatissimum esse cupio. Datae Bartphae VIII. Mai anno Domini MDLVII.

*Matthias Chiabai*

D. Vestrae observandissimus.

Dominus Leonhartus Steckel D. vestras officiosa salute impertit, eisdemque diligenter sua officia commendat.

*Kivül*: Prudentibus ac circumspectis dominis iudici, ac caeteris amplissimi, urbis Cassoviensis, senatus, civibus, dominis summa sibi semper observantia colendis.

Alatta más kézzel: 1557.

(Eredetije egy ív papiroson, zárlatán zöld gyűrűpecsét, Kassa város levéltárában 1915/9. sz. alatt.)

*Bártfán, 1557. június hó 15-én.*

Salutem et honestorum officiorum promptam (sic.) commendationem. Cum, quod semel placuit, viri ornatissimi, alias displicere non debeat et cum nihil hominem liberalem magis ornet, quam dictorum ac factorum pulcherrimus sibi mutuus consensus, nolo hoc negare factis, etiamsi periculum esset aliquod adeundum, quod semel promisi verbis. Quare cum D. Vestrae me et honesta sua vocatione et liberali provisione sibi obligaverint et ego consenserim omneque promissum cadat in debitum, si Deus optimus maximus me salvum et incolumem usque ad illud tempus, quod meae migrationi D. Vestrae destinarunt, esse voluerit, ego cum omni mea suppellectile, rem Deo committens, comites a D. Vestris missos, iuxta praesentem D. vestrarum commonefactionem (sic!) sequar. Quod autem ad vecturae rationem attinet, pro mea tenui suppellectile avehenda uno curru satis esse iudico, altero pro mea persona indigebo. Comitatum enim praeter unum atque alterum puerum non habebo. Dixit mihi quiddam hic minister D. Vestrarum de cantore a me quaerendo. Nuper autem dominus Joannes collega D. Vestrarum scribebat (?), ibi esse quendam, qui suam operam senatui obtulisset, nisi quod rem D. Vestrae in meum adventum reiecissent, id ego perlubens audivi, etsi enim sit hic quidam iuvenis doctus et modestus, qui me sequi non recusaret, post ferias praesertim Michaëlis, tunc enim annum explebit, tamen ego fere aliquantisper eo carere mallet, quam eum cum mala gratia domini Steckelii hinc abstrahere. Si itaque D. Vestris ille, de quo mihi dominus Joannes consenator vester dixerat, videtur esse idoneus, usque ad meum adventum D. Vestrae retineant. Credó nobis a Deo de his prospectum iri. Hoc seorsim addere volui. In aliqua praecipuorum in hoc senatu civium, item domini pastoris et praeceptoris me gratia fuisse

multi norunt, ut ego illis honeste vale dicere possim credo D. Vestris curae fore. Dominus Steckelius D. Vestris plurimam salutem precatur eisdemque sua officia commendat. Eisdem ego quam foelicissime valere opto, quibus et mea officia offero. Bartphae XV. Junii anno 1557.

*Matthias Chiabai*

D. Vestrarum observandissimus.

*Kivül*: Prudentibus ac circumspicis viris, domino iudici reliquisque amplissimi senatus cassoviensis dignissimis senatoribus, dominis et patronis summa sibi observantia colendis. Alatta más kézzel: 1557 ex Bartfa a M. Chabay.

(Eredetije Kassa v. levéltárában 1915/6. szám alatt.)

*Kassán, 1557. December hó 13. előtt.*

Officiorum suorum fidelem et promptam (sic!) commendationem.

Respectu eius frequentiae puerorum, quae in schola apparet, credo Dominationes Vestras, prudentissime domine Iudex, reliqui huius amplissimi senatus ornatissimi cives, credo, inquam, vos in hac esse opinione, quasi ego ex schola pro meis continuis et difficillimis, quos hic sustineo, laboribus, mediocrem habeam mercedem, sed ea quanta sit, praeter eam, quam a D. Vestris accipio, ex hoc catalogo eorum, qui praeteriti trimestris mercedem attulerunt D. Vestrae intelligere poterunt. Et quamvis ego et omnes boni suum debeant facere officium etiamsi praemia non correspondeant laboribus, tamen regulariter ita fieri debebat, ut operarius dignus sua mercede haberetur. Quare ego me in exactione huius exigui stipendii, siquidem nihil amplius impetro, a D. Vestris adiuvari peto. Non aliter praeterquam quod, cum etiam populus centum virum est una cum D. Vestris, ut admoneantur, ut quilibet pro suis liberis *διδασκῶν* vel mercedem pro doctrina restituat. Nam ego fateor ingenue ex quo primam pueritiam reliqui, nunquam magis me indignisse, quam Cassoviae, partim quod mercedem primi trimestris Witebergam mittere coactus sum, partim vero quod panem et vinum ad mensam hactenus mea pecunia, id quod mei convictores testantur, comparare coactus sum, adeo ut ne vestem quidem necessariam mihi parare possim. Haec ut D. Vestris significarem maxima me necessitas coëgit. Hoc itaque ne mihi D. Vestrae vitiovertant, oro.

Aliud est, heri audivi quiddam de eo *Thoma Fabri*, de quo ego antea quoque coram D. Vestris memini. Si D. Vestrae me in eius vocatione animarent, fortasse per quosdam certos homines efficere possemus. Credant mihi D. Vestrae maximo illum totius scholae commodo, si veniret, venturum.

*Matthias Cziabai.*

De aedificatione circum scholam, cum D. Vestras aliis rebus occupatissimas videam, neque meminisse audeo.

*Kivül*: Prudentissimo domino iudici urbis Cassoviensis primario reliquisque eius amplissimi senatus ornatissimis civibus, dominis et patronis sibi observandissimis. *Ugyanitt más kézzel*: Lecta coram senatu feria sexta post Luciae anno Domini 1557 in domo civitatis. Conqueritur se non potuisse praecium a pueris extorquere. Innuat, ut veste donetur.

(Eredetije Kassa város levéltárában 1915/7. sz. alatt.)

*Kelt Kassán, 1561. január hó 10-ike előtt.*

Salutem et omnium honestorum officiorum promptam voluntatem. Proxime supplicavi Vestris Dominationibus, Domini et patroni summa mihi observantia colendi, ut mihi D. Vestrae in hac postrema pro meo domo solutione aliquo auxilio cum habita ratione meorum servitiorum praeteritorum et futurorum, tum liberalis veteris suae oblationis memores esse ne gravarentur. Nunc quanquam satis inepte, tot ingruentibus et praesentibus etiam maximis difficultatibus eandem supplicationem repetere cogor. Tempus enim solutionis, quod iam praeterit, me urget. Dominationes itaque oro, ut si fieri potest, mihi in hac sint auxilio. Ac si D. Vestrae aliud auxilii hoc tempore propter tot impedimenta mihi afferre non possunt, concedant mihi facultatem, educillandi unius vasis vini Zikzoviensis. Omnino enim nescio unde illos X florenos accipiam, qui adhuc in solutione desiderantur.

Etiamsi aliquid in publicum aerarium ex ea educillatione dare cogar, nam non est quo me vertam. II.<sup>1</sup>

Deus omnipotens sit cum D. Vestris, qui suo sancto spiritu eosdem ducat et consoletur.

*Servitor*

Math(ias) Cziab(ai).

*Kivül:* Inlyto senatui urbis Cassoviensis, dominis et patronis observandis.

Exhibita 10. Januarii. 1561. *Rector* petit subsidium; senatus concessit, ut vini vas unum zikzoviense. (T. i. kimérhessen;) a polgárnak ugyanis joga volt bort mérni.

(Eredetije papiroson, Kassa város levéltárában 2301/93. sz. a.)

1564. Sebastianus Chabay facit arestum super domo et omnibus haereditatibus *Mathiae quondam Chabay* rectoris scholae istius civitatis et praeterea arestat praecia vinorum et quicquid ibi rerum et bonorum relictum est. Item et cistulam apud *Benedictum Pap*, in qua sunt argenteria eiusdem Mathiae Chabay arestat usque ad revisionem iuris. Actum feria quarta post Judica.

(Városi jegyzőkönyv.)

---

MARUSSI ANDRÁS ÉLETÉHEZ.<sup>2</sup>

1614. 13. Novembris. *Marussi* András supplicál pro iure civile, testes produxit Stephanum Althal és Zebeni Pált, mivel nincsen nemzetséglevelével készen. Deliberatum: Megadják 32 gira ezüst kezesség alatt, hogy esztendő alatt meghozza; adjon fl. 16.

1614. 13. Novembris. *Andreas Marusi* perceptor camerae suae Maiestatis Scepusiensis consequitur ius civile, solvit fl. 16.

<sup>1</sup> II Cui meae petitioni D. Vestrae eo se faciliores praebere poterunt, quod vas in quo vinum continetur, perfluit.

<sup>2</sup> V. ő. IV. évf. 102. — IX. évf. 205. l.